

Band III., Nr. 728, Seite 214

König Heinrich (VII.) verleiht die ihm von Gottfried von Wolfach aufgelassene Vogtei des Klosters Herbrechtingen dem Grafen Hartmann von Dillingen zu rechtem Lehen und bestätigt die von demselben Gottfried vorgenommene Übergabe seines Eigentums in Ebermergen und Hürben an den genannten Grafen.

Donauwörth, 1227. Juli 17.

H., dei gratia Romanorum rex et semper augustus, universis imperii fidelibus hanc literam inspecturis gratiam suam et omne bonum. Decet ea que consilio prudentum virorum fiunt et pie peraguntur, ne prolixitate temporis a memoria cadant, literarum testimonio perhennare. Qua de re noverint tam presentes quam futuri, quod Gotefridus de Wolfach¹, coram nobis et principibus constitutus, advocatiam claustrum de Herbrechtingen, cum omnibus suis pertinentiis que suis usibus serviebant, in manus nostras resignavit et contradidit, et ad petitionem suam dilecto fideli nostro comiti Hartmanno de Dilingen in rectum feudum advocatiam concessimus prelibatam. Ad hec omne patrimonium quod habebat apud Ebermaeringen et Hverwin prenomi-natus G. prefato comiti contradidit et donavit in proprietatem rectam, libere tenendam et perpetuo possidendam. Statuimus igitur et sub interminatione gratie nostre districte precipimus, ut nullus sit qui predictum comitem in proprietate aut feudo prenotatis impedire audeat vel dampnum in ipsis aut gravamen aliquod irrogare.

Testes hii sunt: Lvdewicus dux Bawarie palatinus comes Reni. Liupoldus dux Austrie et Stirie, Otto filius ducis Bawarie, Heinricus filius ducis Austrie, C. burcgravius de Nvrenberc, comes Hartmannus de Wirtenberc et comes C. filius suus, comes Rupertus de Castello, comes B. de Greifspach et Heinricus filius suus, Fridericus de Truhendingen², comes C. de Ottingen^a, Wittegowi, senior et iunior, de Albecke, Albertus de Hurneheim et ambo filii patris sui Waltherus de Veimingen et Marquardus Hagelarius³, E. dapifer de Walpurc, C. et E. pincerne de Winterstetin et alii quam plures.

Datum apud Werdam, XVI. kalendas Augusti, indictione^b XV.

^aEs steht ursprünglich *Ottingen* und ist dann *Oetingen* verbessert.

^bOder *indictionis*. Es steht *Indict'*.

¹Wolfach, OG ?

²Hohentrüdingen, Heidenheim, WUG.

³Burghagel, Bachhagel, DLG.



Der Textabdruck folgt dem Original.

Das Siegel ist verloren. Die roten Seidenschnüre, woran das Siegel hing, sind noch an der Urkunde befestigt.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

StA Augsburg

Signatur/Titel des Originals:

Hochstift Augsburg Urkunde 47

Überlieferung und Textkritik:

War ehemals im HStA München.

Editionen:

Abhandlungen Königlich-Bayerische Akademie der Wissenschaften, Bd. 5, S. 468. MONUMENTA BOICA, HRSG. VON DER BAYERISCHEN AKADEMIE DER WISSENSCHAFTEN, 60 BDE., MÜNCHEN 1763-1916. [MIKROFICHE-AUSG.: Erlangen 1998], Bd. 30, S. 148, Nr. 583. JEAN LOUIS ALPHONSE HUILLARD-BRÉHOLLES: *Historia diplomatica Friderici secundi sive constitutiones, privilegia, mandata, instrumenta quae supersunt istius imperatoris et filiorum eius [...]*, 6 Bde., Paris 1852-61, Bd. 3, S. 336.

Regesten:

Regesta Imperii Abt. 5, Bd. 1,2, S. 738, Nr. 4066.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Donauwörth

Aussteller:

Heinrich (VII.); König

Ortsindex:

(Burg) Württemberg Wüstung (21519)

(Burg) Württemberg, Stuttgart, S, W

Albeck Wohnplatz (16843)

Albeck, Langenau, UL

Bayern

IV

Burghagel, Bachhagel, DLG
Castell, KT
Dillingen an der Donau, DLG
Donauwörth, DON
Ebermergen, Harburg, DON
Faimingen, Lauingen, DLG
Graisbach, Marxheim, DON
Herbrechtingen Wohnplatz (4101)
Herbrechtingen, HDH
Hohentrüdingen, Heidenheim, WUG
Hürben Wohnplatz (4070)
Hürben, Giengen an der Brenz, HDH
Hürnheim, Ederheim-Hürnheim, DON
Nürnberg, N
Oettingen in Bayern, DON
Rom, Latium, Italien
Steiermark, Österreich
Waldburg Wohnplatz (20306)
Waldburg, RV
Winterstettenstadt : Ingoldingen BC
Winterstettenstadt Wohnplatz (17302)
Wolfach Wohnplatz (12069)
Wolfach, OG
Österreich